Stephanus dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Li-
thuaniæ, Russiæ, Prussiæ &c Princeps Transyluaniæ

Generose Fid: nobis dilecte. Detulimus Generoso Sta-
nislao Przyiemski Stipendia Trecentorum Equitum
in supplementum Exercitus nri contra Moschum per
eum conscribendorum, quod Fid: tua ex lris nris qui-
bus eorundem Stipendiorum ratio ad eum est perscri-
pta cognoscet uberius. Quoniam uero in alijs etiam
munijs militaribus utendum erit nobis eius opera
uti periti militiæ et quod præterea duplicatum fere
numerum Comitiuæ sit habiturus peculiare itaq3 illi
etiam pro ipsius persona alijs nris lris stipendi-
um assignauimus, nimirum florenos mille pro una
ista uice per eum percipiendos. Quare mandamus
Fid: tuæ, ut simulac utrisq3 ijsdem lris fuerit re-
quisita, Stipendium illud tam Trecentorum Equitum
quam etiam in eius persona primo quoq3 tempore
illi numeret, ne ulla aliqua sit eius expeditio-
ni mora. In quo dabit operam Fid: tua, ut se et
præsenti Reipublicæ necessitati et voluntati nræ
accomodet. Bene valeat Fid: tua. Datum Var-
souiæ die Vigesima Quarta Mensis Januarij Anno
domini M.° D.° Lxxx.° Regni uero nri Quarto.

Stephanus Rex

Generoso Raphaelli Lieszcznski Contribu-
tionum publicarum in Maiori Polonia Di-
spensatori fideli nobis dilecto.